
Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica. Decreto*

Prot. n. 47390/12 CA
N.
Renuntiationis causae civili
(Rev.dus X – Congregatio pro Clericis)

DECRETUM

Recurrens, Rev.dus X, sacerdos Dioecesi N incardinatus, die 1 maii 2002 ad officium administratoris parociae Y in civitate N nominatus est, quod officium usque ad diem 20 septembris 2011 seu ad eius translationem ad officium vicarii parocialis parociae M in pago Q explevit.

Libello diei 11 ianuarii 2012 Adv.tus P nomine Exc.mi Administratoris Apostolici N et Rev.mi Administratoris parociae Y actionem v.d. Z in foro civili (v.d. *The District Court of R*) adversus Rev.dum X necnon D.num XX, fratrem eius, inchoavit, sed die 20 ianuarii 2012 Cl.mus W, de mandato Rev.di Recurrentis, frustra retractationem libelli exposulavit.

Prot. n. 47390/12 CA
N.
De la renuncia a la causa civil
(Rvdo. X – Congregación para el Clero)

DECRETO

El recurrente, el Rvdo. X, sacerdote incardinado en la Diócesis N, fue nombrado el 1 de mayo de 2002 para el oficio de administrador de la parroquia Y en la ciudad N. Desempeñó este oficio hasta el día 20 de septiembre de 2011, es decir hasta su traslado al oficio de vicario parroquial de la parroquia M en la ciudad Q.

Mediante una demanda del día 11 de enero de 2012, el abogado P en representación del Excmo. Administrador Apostólico N y del Rvdo. Administrador de la parroquia Y ejerció la acción llamada Z ante el Tribunal civil (el Tribunal del distrito de R) contra el Rvdo. X y el Sr. XX, su hermano, pero el día 20 de enero de 2012 el Il.mo W, por mandato del Rvdo. Recurrente, pidió en vano la retractación de la demanda.

* Traducción del Prof. Jordi Bosch Carrera.

Decreto dein diei 30 augusti 2012 (prot. n. 20120885) Congregatio pro Clericis recursum hierarchicum ad obtinendam renuntiationem causae in foro civili reiecit, quod decretum, recepta petitione novae audientiae, litteris diei 3 novembris 2012 confirmavit.

Die autem 28 novembris 2012 Cl.mus Rev.di Recurrentis Patronus ad hoc Supremum Tribunal provocavit et litteris diei 8 ianuarii 2013 ipse Rev.dus X recursum ab advocatione interpositum ulterioribus argumentis illustravit.

Conatu pacificae controversiae solutionis inter novum Episcopum, Exc.mum L, et Rev.dum Recurrentem, per longum tempus frustra peracto, Iudex in foro civili partes in diem 31 martii 2015 ad causae disceptationem et definitionem convocavit.

Re rite discussa inter Cl.mos partium Patronos et Rev.dum Promotorem Iustitiae Substitutum,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Praemisso quod:

- Rev.dus X non solum contra normas dioecesanarum clam, seu inscio Exc.mo Episcopo, pro novo altari in ecclesia extruenda magnam summam pecuniae collegit, verum etiam eam a quadam ratione nummaria paroeciae, iam eidem Exc.mo Episcopo abscondita, ad proprias rationes nummarias apud mensam argentariam transtulit;
- Exc.mus Episcopus, dein Administrator Apostolicus, quodammodo de re certior factus, a

Después, mediante decreto del 30 de agosto de 2012 (prot. n. 20120885), la Congregación para el Clero rechazó el recurso jerárquico para obtener la renuncia a la causa en el foro civil. Tras recibir una petición de nueva audiencia, confirmó ese decreto mediante carta del 3 de noviembre de 2012.

El 28 de noviembre de 2012, el Il.mo Patrono del Rvdo. Recurrente recurrió a este Supremo Tribunal y el propio Rvdo. X, en carta del 8 de enero de 2013, ilustró con ulteriores argumentaciones el recurso interpuesto por el abogado.

Tras haberse intentado durante largo tiempo, sin éxito, una solución pacífica de la controversia entre el nuevo Obispo, Excmo. L y el Rvdo. Recurrente, el Juez en el foro civil citó a las partes el 31 de mayo de 2015 para discutir y definir la causa.

Una vez discutida adecuadamente la cuestión entre los Il.mos Patronos de las partes y el Rvdo. Promotor de Justicia Sustituto,

EL SUPREMO TRIBUNAL DE LA SIGNATURA APOSTÓLICA

Teniendo como premisas que:

- El Rvdo. X, para construir un nuevo altar en la Iglesia, no sólo reunió una gran suma de dinero actuando subrepticamente contra las normas dioecesanarum, es decir, sin conocimiento del Excmo. Obispo, sino que también traspasó dinero de la cuenta de la parroquia, ya oculta al mismo Excmo. Obispo, a su propia cuenta;
- El Excmo. Obispo, después Administrator Apostólico, informado en cierta medida del asunto,

- Rev.do X petiit ut rationem redderet;
- Quamvis magnam summam una cum indicatione benefactorum restituerit, dubium remansit an tota summa paroeciae restituta vel pro paroecia expensa esset;
 - Rebus sic stantibus, Exc.mus Episcopus hanc ob rem a Rev.do Recurrente exquisivit ut suas proprias rationes nummarias apud mensam argentariam aperiret, sed frustra;
 - Rebus sic stantibus, Administrator Apostolicus et novus Rev.mus Administrator paroeciae iudicem civilem adierunt ad aperationem illarum rationum nummariarum obtinendam, per actionem v.d. Z, quae non est poenalis, sed tantum realis ad bona paroeciae tuenda;

Attento quod obiectum iudicii apud H.S.T. est asserta illegitimitas decreti a Congregatione pro Clericis die 30 augusti 2012 lati;

Perpenso quod Congregatio ad rem adducit Exc.mum Episcopum, quodque non adducitur ulla violatio legis in procedendo ab eodem Dicasterio commissae in recursu hierarchico expediendo;

Considerato quoad requisitam licentiam ad causam in foro civili inchoandam (cfr. can. 1288) quod:

- Novus Rev.mus Administrator paroeciae sine dubio de consensu Exc.mi Administratoris egit;
- Ipse autem Administrator Apostolicus iuxta systema legale "A" in illa regione vigens coram foro civili interventor necessarius censendus est;

pidió al Rvdo. X rendición de cuentas;

- Aunque restituyó una gran suma, indicando los bienhechores, quedó la duda de si todo el dinero había sido devuelto a la parroquia o gastado en favor de la parroquia;
- Así las cosas, el Excmo. Obispo pidió, por este motivo, al Rvdo. Recurrente que mostrara el estado de sus cuentas bancarias, pero sin éxito;
- Así las cosas, el Administrador Apostólico y el nuevo Revmo. Administrador de la parroquia acudieron al juez civil para obtener esos estados de cuentas mediante la acción conocida como Z, que no es penal, sino sólo real, para tutelar los bienes parroquiales.

Teniendo presente que el objeto del juicio ante este Supremo Tribunal es la pretendida ilegitimidad del decreto dado por la Congregación para el Clero el 30 de agosto de 2012;

Habiendo valorado que la Congregación oyó al Excmo. Obispo sobre el asunto y que no se aduce que el mismo Dicasterio haya cometido ninguna violación de la ley *in procedendo* al tramitar el recurso jerárquico;

Habiendo considerado, en cuanto a la licencia requerida para incoar la causa en el foro civil (cfr. can. 1288), que:

- El nuevo Rvdo. Administrador de la parroquia actuó sin duda alguna de acuerdo con el Excmo. Administrador;
- El propio Administrador Apostólico, según el sistema legal "A" vigente en aquella región, ha de ser considerado interviniente necesario en el foro civil;

- Congregatio pro Clericis, utcumque, pro competencia sua in materia (cfr. art. 98 Const. Ap. *Pastor bonus*) ad rem in decreto impugnato statuit: “It is likewise clear both from the law and from the Acts that the Ordinary is competent to initiate an action in the civil forum in order to safeguard ecclesiastical goods and to exercise that vigilance which is required of him by law (cfr. cann. 1284 and 1288), and that in the aforementioned case the Ordinary had just cause to do so”;
- Qui casus, uti ex supradictis patet, prorsus singularis habendus est;

Cum proinde non appareat indicium violationis legis in procedendo vel in decernendo ex parte Congregationis pro Clericis;

Animadverso quod:

- Ex decreto Congregationis minime concludi potest decisionem administratoris bonorum ecclesiasticorum causam in foro civili instituendi, a fortiori si pars convenienda sit clericus, non pertinere ad actus administrationis extraordinariae et non esse immunem a periculo scandali inter christifideles (cfr. 1 Cor 6,1-6);
- Actione criminali in foro canonico iam praescripta (cfr. can. 1362), in controversia in eodem foro deinceps tantummodo agi potest de restitutione, si et quatenus, facienda;

Viso art. 83 § 1 H.S.T. *Legis propriae*;

- La Congregación para el Clero, en todo caso, por su competencia en esta materia (cfr. art. 98 Const. Ap. *Pastor bonus*) estableció al respecto en el decreto impugnado: “Igualmente, a partir tanto de la ley como de las Actas, resulta claro que el Ordinario es competente para iniciar una acción en el fuero civil con el fin de salvaguardar los bienes eclesiásticos y ejercer la vigilancia que le exige la ley (cfr. cann. 1284 y 1288), y que en el antedicho caso el Ordinario tuvo justa causa para hacerlo”;
- El caso, como es patente por lo dicho hasta ahora, ha de considerarse absolutamente singular;

En consecuencia, puesto que no aparece indicio alguno de violación de ley *in procedendo* o *in decernendo* por parte de la Congregación para el Clero;

Habida cuenta de que:

- A partir del decreto de la Congregación en modo alguno puede concluirse que la decisión del administrador de los bienes eclesiásticos de incoar la causa en el foro civil, y más si la parte demandada es un clérigo, no pertenece a los actos de administración extraordinaria y no está libre del peligro de escándalo entre los fieles cristianos (cfr. 1 Cor 6,1-6);
- Habiendo prescrito en el foro canónico la acción criminal (cfr. can. 1362), en adelante, en la controversia en este foro sólo puede tratarse sobre la restitución, si procede y en la medida en que proceda;

Visto el artículo 83 § 1 de la *lex propria* de la Signatura;

Re sedulo examini subiecta in Congressu, die 6 februarii 2015 coram infrascripto Praefecto habito,

decrevit:

Recursum contra decretum a Congregatione pro Clericis die 30 augusti 2012 latum et die 3 novembris 2012 confirmatum non esse admittendum et facto non admitti ad disceptationem coram Em.mis et Exc.mis H.S.T. Iudicibus, quippe qui manifeste quovis careat fundamento.

Pro expensis processualibus retinetur cautio in arca H.S.T. deposita. Partes suo quaeque Patrono congruum solvant honorarium.

Adversus hoc decretum datur recursus ad Collegium Em.morum et Exc.morum Iudicum ad normam art. 84 *Legis propriae*, qua haec Signatura Apostolica regitur.

Et notificetur omnibus quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 6 februarii 2015.

+ Dominicus MAMBERTI
Archiepiscopus tit. Sagonensis
Praefectus

+ Franciscus DANEELS, o.praem.
Archiepiscopus tit. Bitensis
Secretarius

Sometida la cuestión a atento examen en el Congreso tenido el día 6 de febrero de 2015 ante el infrascrito Prefecto,

decidió:

Que el recurso contra el Decreto de la Congregación para el Clero, dado el 30 de agosto de 2012 y confirmado el 3 de noviembre, no ha de ser admitido y de hecho no se admite para su discusión ante los Emmos. y Excmos. Jueces de este Supremo Tribunal, ya que carece manifiestamente de cualquier fundamento.

Para las costas judiciales reténgase la caución depositada en las arcas de este Supremo Tribunal. Que las partes paguen a cada Patrono su correspondiente honorario.

Contra este decreto cabe recurso al Colegio de los Emmos. y Excmos. Jueces según el art. 84 de la *lex propria*, que regula esta Signatura Apostólica.

Y notifíquese a todos los interesados, a todos los efectos jurídicos.

Dado en Roma, desde la sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, en el día 6 de febrero de 2015.

+ Dominique MAMBERTI
Arzobispo titular de Sagone
Prefecto

+ Frans DANEELS, o.praem.
Arzobispo titular de Bitona
Secretario

Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica. Decreto definitivo*

Prot. n. 47390/12 CA
N.
Renuntiationis causae civili
(Rev.dus X – Congregatio pro Clericis)

DECRETUM DEFINITIVUM

IN NOMINE DOMINI. AMEN

FRANCISCO PP. feliciter regnante, Pontificatus sui anno III, die 15 ianuarii 2016, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, videntibus Em.mis ac Rev.mis D.nis Dominico Card. Mamberti, *Praefecto*, Antonio Maria Card. Rouco Varela, *Ponente*, Atilio Card. Nicora atque Exc.mis et Rev.mis D.nis Stanislaw Zvolensky et Antonio Stankiewicz, atque intervenientibus Cl.mo Michaële Meconcelli, utpote Rev.di Recurrentis Advocato-Procuratore, Cl.ma Martha Wegan, tamquam Advocata-Procuratrice Congregationis pro Clericis, Cl.mo Carolo Gullo et Cl.ma Alexia Gullo, utpote respective Advocato-Procuratore et

Prot. N. 47390/12 CA
N.
De la renuncia a una causa civil
(Rvdo. X – Congregación para el Clero)

DECRETO DEFINITIVO

EN EL NOMBRE DEL SEÑOR. AMÉN

En el tercer año del Pontificado del papa FRANCISCO, el 15 de enero de 2016, reunidos los Emmos. y Rvdmos. Sres. Dominique Card. Mamberti, *Pre-fecto*, Antonio Maria Card. Rouco Varela, *Ponente*, Atilio Card. Nicora y los Excmos. y Rvdmos. Mons. Stanislav Zvolensky y Antoni Stankiewicz, e interviniendo el Il.mo Michele Meconcelli, como abogado-procurador del Rvdo. Recurrente, la Il.ma Martha Wegan, como Abogada-procuradora de la Congregación para el Clero, el Il.mo Carlo Gullo y la Il.ma Alessia Gullo, como Abogado-Procurador y Abogada respectivamente del Excmo. Obispo de N y el Rvdo. P. Nikolaus Schöch,

* Traducción del Prof. Jordi Bosch Carrera.

Advocata Exc.mi Episcopi N, atque Rev.do P. Nicolao Schöch, O.F.M., Promotore Iustitiae Substituto, hoc definitivum tulit decretum.

Facti species

1. Exc.mus Administrator Apostolicus dioecesis N et Rev.mus Administrator parociae Y eiusdem dioecesis, die 11 ianuarii 2012 actionem v.d. Z in foro civili contra Rev.dum X, inde a die 1 maii 2002 usque ad diem 20 septembris 2011 administratorem parociae Y, inchoaverunt. Libellus exhibitus est ad tuenda bona ecclesiastica illius parociae ob indicia, quae irregularitates in administratione eorum ex parte Rev.di X veri similes reddiderunt. Cl.mus autem W, de mandato Rev.di Recurrentis, die 20 ianuarii 2012 respondit in sede canonica ab Exc.mo Ordinario retractionem libelli expostulans.

Silente Exc.mo Ordinario, Rev.dus X die 5 martii 2012 recursum hierarchicum apud Congregationem pro Clericis interposuit, quo petiit ut Exc.mus Ordinarius ad actioni civili renuntiationem obligaretur. Congregatio recursum hierarchicum die 30 augusti 2012 reiecit, quod decretum, recepta petitione novae audientiae, ipsa litteris diei 3 novembris 2012 confirmavit.

2. Die autem 28 novembris 2012 Cl.mus Rev.di Recurrentis Patronus adversus praefatam decisionem ad hoc Supremum Tribunal provocavit. Conatu pacificae controversiae compositionis inter novum Episcopum et Rev.dum Recurrentem, per diuturnum temporis spatium frustra peracto, Em.mus Prae-

O.F.M., Promotor de Justicia Substituto, el Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica dio este decreto definitivo.

Antecedentes

1. El Excmo. Administrador Apostólico de la diócesis de N y el Revmo. Administrador de la parroquia Y de la misma diócesis, el 11 de enero de 2012 incoaron la acción conocida como Z, en el foro civil, contra el Rvdo. X, administrador de la parroquia Y desde el 1 de mayo de 2002 hasta el 20 de septiembre de 2011. La demanda fue presentada para proteger los bienes eclesiásticos de aquella parroquia a causa de indicios que hacían verosímiles posibles irregularidades en su administración por parte del Rvdo. X. El Il.mo W, por mandato del Rvdo. Recurrente, respondió el 20 de enero de 2012 en sede canónica, pidiendo al Excmo. Ordinario que retirase la demanda.

Al no responder el Excmo. Ordinario, el Rvdo. X interpuso el 5 de marzo de 2012 recurso jerárquico ante la Congregación para el Clero, con el que pedía que el Excmo. Ordinario fuera obligado a renunciar a la acción civil. La Congregación rechazó el recurso jerárquico el 30 de agosto de 2012 y confirmó su decreto, tras recibir una petición de nueva audiencia, con carta del 3 de noviembre de 2012.

2. El día 28 de noviembre de 2012, el Il.mo Patrono del Rvdo. Recurrente recurrió contra la mencionada decisión ante este Supremo Tribunal. Después de que se hubiera intentado sin éxito, durante un tiempo prolongado, una solución pacífica de la controversia entre el nuevo Obispo y el Rvdo. Recurrente,

fectus H.S.T. die 6 februarii 2015 in Congressu decrevit recursum ob manifestum defectum fundamenti reiciendum esse. Adversus praefatum decretum Cl.mus Rev.di Recurrentis Patronus ad normam art. 84 *Legis propriae* H.S.T. recursum ad Collegium Em.morum Exc.morumque Iudicium interposuit.

Nunc igitur Nobis respondendum est dubio insequenti:

An decretum ab Em.mo H.S.T. Praefecto die 6 februarii 2015 in Congressu latum reformandum sit.

In iure et in facto

3. Imprimis prae oculis habendum est obiectum recursus esse tantum decretum Congressus diei 6 februarii 2015 et tantum indirecte illegitimitas decreti Congregationis pro Clericis diei 30 augusti 2012, quod legitimitatem recusationis Exc.mi Ordinarii N renuntiandi causae die 11 ianuarii 2012 in foro civili contra Rev.dum X inchoatae agnovit.

Quoad assertas legis violationes in procedendo

4. Relate ad decretum impugnatum attendendum est Administratorem Apostolicum, sede vacante, legitimatione gaudere ad controversiam in foro civili nomine personae iuridicae publicae inchoandam, quia ratione officii omnibus facultatibus Episcopi dioecesani gaudet (cfr. CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Directorium de ministerio pastorali*

el Emmo. Prefecto de este Tribunal Supremo, el 6 de febrero de 2015, decidió en el congreso que el recurso debía rechazarse por manifiesta carencia de fundamento. El Il.mo Patrono del Rvdo. Recurrente interpuso recurso contra el mencionado decreto ante el Colegio de los Emmos. y Excmos. Jueces, conforme al art. 84 de la *Lex propria* de la Signatura.

Así pues, hemos de responder ahora al siguiente dubio:

Si el decreto dado en el Congreso por el Emmo. Prefecto de este Tribunal Supremo el día 6 de febrero ha de ser reformado.

Fundamentos de hecho y de derecho

3. Hay que advertir, ante todo, que es objeto del recurso solamente el decreto del Congreso del día 6 de febrero de 2015 y sólo indirectamente la ilegitimidad del decreto de la Congregación para el Clero del 30 de agosto de 2012, que consideró legítimo que el Excmo. Ordinario N rehusase renunciar a la causa incoada el 11 de enero de 2012 en el foro civil contra el Rvdo. X.

En cuanto a las supuestas violaciones de la ley "in procedendo"

4. Con relación al decreto impugnado, hay que tener en cuenta que el Administrador Apostólico, en sede vacante, está legitimado para iniciar una controversia en el foro civil en nombre de una persona jurídica pública, ya que, por razón de su oficio, goza de todas las facultades del Obispo diocesano (cfr. CONGREGACIÓN PARA LOS OBISPOS, *Di-*

Episcoporum [Apostolorum Successores], d. 22 februarii 2004, n. 244).

Praeterea, ut impugnatum decretum Congregationis pro Clericis recte animadvertit, Administrator Apostolicus iure canonico facultatibus propriis Ordinarii gaudet, quamquam ei officium Episcopi dioecesani collatum non est. Ordinarius est eo quod saltem temporanee Ecclesiae particulari praepositus est (cfr. can. 134 § 1). Ope § 2 huius canonis etiam Ordinarius loci est.

Animadvertendum est praescriptum can. 1288 de requisita licentia Ordinarii ut administratores legitime controversiam in foro civili nomine personae iuridicae publicae ecclesiasticae introducere possint, non applicari ad Superiores sic et simpliciter, sed solummodo ad administratores sensu tecnico sumpto (cfr. V. DE PAOLIS, *Los bienes temporales de la Iglesia*, Madrid 2012, 196).

Ordinarius ergo ad inchoandam actionem in foro civili praefato canone praescriptam licentiam petere non debet. Et novus Administrator parociae egit, absque ullo dubio, cum consensu Exc.mi Administratoris apostolici, quia libellum in foro civili insimul exhibuerunt.

Praeterea sive Exc.mus L, successor in officio Episcopi N sive Congregatio pro Clericis, eiusdem Superior hierarchicus, introductionem huius actionis in foro civili ex parte Exc.mi Administratoris Apostolici ratam habuerunt. Congregatio enim in decreto diei 30 augusti 2012 asserit: “It is likewise clear both from the law and from the Acts that the Ordinary is competent to initiate an action in the civil forum in order to safeguard ecclesiastical goods

reitorio sobre el ministerio pastoral de los Obispos [Apostolorum Successores], 22 de febrero 2004, n. 244).

Además, como acertadamente observa el decreto impugnado de la Congregación para el Clero, el Administrador Apostólico goza en el derecho canónico de las facultades propias del Ordinario, aunque no le haya sido conferido el oficio de Obispo diocesano. Es Ordinario porque, al menos temporalmente, está al frente de un Iglesia particular (cfr. can. 134 § 1). En virtud del § 2 de este canon también es Ordinario del lugar.

Hay que señalar que lo prescrito en el can. 1288 sobre la licencia del Ordinario requerida para que los administradores puedan introducir legítimamente una controversia en el foro civil en nombre de la persona jurídica pública eclesiástica, no se aplica a los Superiores simple y llanamente, sino sólo a los administradores en sentido técnico (cfr. V. DE PAOLIS, *Los bienes temporales de la Iglesia*, Madrid 2012, 196).

El Ordinario, por tanto, para ejercer una acción en el foro civil, no debe pedir la licencia prescrita en el mencionado canon. Y el nuevo Administrador de la parroquia actuó, sin duda alguna, con consentimiento del Excmo. Administrador apostólico, ya que presentaron conjuntamente la demanda en foro civil.

Por lo demás, tanto el Excmo. L, sucesor en el oficio del Obispo N, como su Superior jerárquico, la Congregación para el Clero, consideraron apropiada la presentación de esta acción en el foro civil por parte del Excmo. Administrador Apostólico. En efecto, la Congregación, en el decreto del 30 de agosto de 2012 afirma: “Resulta igualmente claro, tanto a partir de la ley como de las Actas, que el Ordinario es competente para iniciar una acción en

and to exercise that vigilance which is required of him by the law (cfr. cann. 1284 and 1288), and that in the aforementioned case the Ordinary had just cause to do so”.

Et in specie, Patronus Rev.di X in foro canonico, Cl.mus W, litteris diei 11 novembris 2011 ius Exc.mi Administratoris Apostolici causam etiam in foro civili inchoandi agnovit: “We recognize your prerogative to pursue an investigation in both the civil and canonical fora”.

Nec obici quidem potest, quod violatum fuisset ius defensionis ex parte Rev.di Recurrentis, quia constat Rev.dum X assistentia advocati in foro canonico gavisum esse plena cum libertate iuxta normas canonicas agendi. Simili modo in foro civili plena libertate defensionis ope advocati gaudebat.

Item asseri nequit aequam solutionem controversiae ex parte Exc.mi Ordinarii N temptatam non fuisse (cfr. can. 1733 § 1). Ceterum et Exc.mus Secretarius H.S.T., ope epistolae die 9 septembris 2013 ad Exc.mum Episcopum N datae, pacificam compositionem commendavit. Constat ex actis de diversis conatibus ad hoc peractis, qui autem ob non consecutum pactum inter partes naufragium passi sunt.

Non constat ideo de violatione legis in procedendo.

Quoad assertas legis violationes in decernendo

5. Quoad assertam illegitimitatem in decernendo prae oculis habendum est decretum Congregationis pro Clericis animadvertisse legislationem canonicam Ordinarium ad tuenda bona ecclesiastica curae suae submissa obligare,

el fuero civil para salvaguardar los bienes eclesiásticos y ejercer la vigilancia que le exige la ley (cfr. cann. 1284 y 1288), y que en el caso antedicho el Ordinario tuvo justa causa para hacerlo”.

Y, en este caso, el Il.mo W, Patrono del Rvdo. X en el foro canónico, en carta del 11 de noviembre de 2011, reconoció el derecho del Excmo. Administrador Apostólico de iniciar la causa también en el foro civil: “Reconocemos su facultad de promover una investigación en ambos foros, civil y canónico”.

No puede aducirse, ciertamente, que se violó el derecho de defensa del Rvdo. Recurrente, porque consta que el Rvdo. X gozó de la asistencia de un abogado en el foro canónico con plena libertad de actuar según las normas canónicas. De igual modo, en el foro civil, gozaba de plena libertad de defensa mediante los servicios de un abogado.

Tampoco puede afirmarse que no se haya intentado una solución equitativa de la controversia por parte del Excmo. Ordinario N (cfr. can. 1733 § 1). Por otra parte, también el Excmo. Secretario de este Supremo Tribunal, mediante la carta del 9 de septiembre de 2013 entregada al Excmo. Obispo N, recomendó un arreglo pacífico. Hay constancia por las actas de diversos intentos realizados con este fin, que naufragaron al no alcanzarse un acuerdo entre las partes.

No consta, por tanto, la violación de la ley *in procedendo*.

En cuanto a las supuestas violaciones de la ley “in decernendo”

5. En cuanto a la afirmada ilegitimidad *in decernendo*, hay que tener en cuenta que el decreto de la Congregación para el Clero advirtió que la legislación canónica obliga al Ordinario a proteger los bienes eclesiásticos que se han con-

ne ea perimantur nec damna patiantur. Eundem in finem, si necessarium, etiam remedia iure civili provisa adhiberi queunt: “All Administrators of ecclesiastical goods are enjoined by the law to ensure that goods are not lost (cfr. can. 1284 § 1, n. 1), to take care that the ownership of goods is protected by civilly valid methods (cfr. can. 1284 § 1, n. 2), and to be vigilant that no harm comes to the Church through the non-observance of civil laws (cfr. can. 1284 § 1, n. 3)”.

Nullum ergo exstat dubium Exc.mum Ordinarium N, receptis accusationibus adversus Rev.dum X prolatis, iure gavisum et obligatione vinculum fuisse ad tuenda bona ecclesiastica parociae Y, a fidelibus oblata.

Cum Exc.mus Ordinarius a Rev.do Recurrente nec ope conatus compositionis pacificae controversiae nec ope investigationis canonicae praeviae notitias accuratas de pecunia apud arcam argentariam deposita obtinuerit, decisionem tulit introduci in foro civili actionem eum in finem ad obtinenda ex parte Recurrentis documenta, quae prosecutionem solutionis controversiae in foro canonico permisissent.

Non agitur, igitur, de translatione illegitima controversiae a foro canonico ad forum civile, sed de recursu ad forum civile utpote unico modo explanandi facta relate ad determinatas oblationes fidelium parociae factas, ita ut, si et quatenus, actiones opportunae in foro canonico instaurari possent. Eo sensu Exc.mus Ordinarius N in decreto diei 14 decembris 2011, quo investigationem praeliminarem canonicam suspendit, recte animadvertit: “In the light of the fact that a civil investigation is

fiado a su cuidado, de tal forma que éstos no se destruyan ni se pongan en peligro. Para este fin, si fuera necesario, pueden emplearse incluso los medios previstos por el derecho civil: “Todos los Administradores de bienes eclesiásticos están obligados por la ley a asegurar que los bienes no se pierdan (cfr. can. 1284 § 1, n. 1), a velar para que la propiedad de los bienes esté protegida por métodos legítimos civilmente (cfr. can. 1284 § 1, n. 2), y a cuidar que la Iglesia no sufra ningún daño por el incumplimiento de las leyes civiles (cfr. can. 1284 § 1, n. 3)”.

No queda ninguna duda de que el Excmo. Ordinario N, una vez recibidas las acusaciones vertidas contra el Rvdo. X, gozaba del derecho y estaba ligado por la obligación de proteger los bienes eclesiásticos aportados por los fieles a la parroquia Y.

Puesto que el Excmo. Ordinario no logró obtener del Rvdo. Recurrente informaciones precisas sobre el dinero depositado en la caja, ni con el intento de solución pacífica de la controversia, ni mediante la investigación canónica previa, tomó la decisión de ejercitar una acción civil, con el fin de obtener del Recurrente documentación que permitiera proseguir la resolución de la controversia en el foro canónico.

No se trata, por tanto, de un traslado ilegítimo de la controversia del foro canónico al foro civil, sino del recurso al foro civil como único modo de aclarar los hechos en relación con determinadas aportaciones de los fieles hechas a la parroquia, de tal manera que, si era lo procedente y en la medida en que lo fuese, se pudieran emprender las acciones oportunas en el foro canónico. En este sentido el Excmo. Ordinario N, en el decreto del 14 de diciembre de 2011, por el que suspende la investigación pre-

also being undertaken to inquire on facts of similar allegation, I am deferring the canonical process until the conclusion of the civil investigation”.

Alia ex parte, renuntiatio causae civili ex parte Exc.mi Episcopi N dioecesis gravibus periculis relate ad tutelam bonorum ecclesiasticorum et rectam eorum administrationem, sicut etiam quoad destinationem oblationum fidelium exposuisset. Insuper in casu considerandae sunt etiam divulgatio casus et lamentationes nonnullorum fidelium, qui oblationes Rev.do X tradiderunt.

Relate ad assertam violationem bonae famae Rev.di Recurrentis utpote consecrarium inchoationis actionis in foro civili, considerandum est in can. 220, qui ius ad bonam famam et intimam tuetur, de laesione “illegítima” sermonem fieri, quia exstant casus, in quibus divulgatio factorum honori personae vel intimitati eius adversorum violationem horum iurium non secumfert, cum implicetur bonum superius personarum, societatis vel Ecclesiae, dummodo tamen procedatur debito cum respectu personarum (cfr. L. SABBARESE, *I fedeli costituiti popolo di Dio*, Roma 2000, 44).

In casu ergo non agitur de violatione illegítima bonae famae vel intimatis Rev.di Recurrentis ope libelli tantum ceteris conatibus ad tuenda bona ecclesiastica in foro civili frustra peractis exhibiti. Prae oculis tandem habendum est ipsum Rev.dum Recurrentem publice suam factorum versionem adversus Exc.mum Administratorem Apostolicum et contra dioecesim N exposuisse.

liminar canónica, señala oportunamente: “A la luz del hecho de que también se está llevando a cabo una investigación civil para indagar sobre hechos similares, difiero el proceso canónico hasta la conclusión de la investigación civil”.

Por otra parte, la renuncia a la causa civil por parte del Excmo. Obispo N hubiera expuesto a la diócesis a graves peligros en relación con la tutela de los bienes eclesiásticos y con su recta administración, así como en cuanto al destino de las ofrendas de los fieles. Además, en este caso se han de considerar también la divulgación del asunto y las quejas de algunos fieles que entregaron donativos al Rvdo. X.

Respecto a la pretendida violación de la buena fama del Rvdo. Recurrente como consecuencia de incoar la acción en el foro civil, hay que considerar que en el can. 220, que protege el derecho a la buena fama y a la intimidad, se habla de una lesión “illegítima”, ya que existen casos en los que la divulgación de hechos contrarios al honor de la persona o a su intimidad no lleva consigo una violación de estos derechos, ya que está en juego un bien superior al de las personas, el de la sociedad o el de la Iglesia, siempre y cuando se actúe con el debido respeto a las personas (cfr. L. SABBARESE, *I fedeli costituiti popolo di Dio*, Roma 2000, 44).

En este caso, por tanto, no se trata de una violación ilegítima de la buena fama o de la intimidad del Rvdo. Recurrente por la demanda interpuesta, sólo después de que hubieran fracasado las demás vías intentadas, para proteger los bienes eclesiásticos en el foro civil. Finalmente, se debe tener presente que el propio Rvdo. Recurrente expuso públicamente su versión de los hechos en contra del Excmo. Administrador Apostólico y de la diócesis N.

Non datur igitur violatio legis in decernendo.

Conclusio

6. Omnibus in iure et in facto aequanimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubio proposito respondendum esse decreverunt atque respondent:

NEGATIVE, seu decretum Congressus, die 6 februarii 2015 latum, in casu, non esse reformandum.

Pro expensis processualibus retineatur cautio in arca H.S.T. deposita. Rev.dus Recurrens Cl.mo suo Advocato-Procuratore, Congregatio pro Clericis suae Cl.mae Advocatae-Procuratrici necnon Exc.mus Episcopus N suis Cl.mo Advocato-Procuratori et Cl.mae Advocatae congruum solvant honorarium.

Hoc definitivum decretum cum omnibus quorum interest communicandum et executioni mandandum decernimus, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 15 ianuarii 2016.

(Signati)

Dominicus Card. MAMBERTI, *Praefectus*

Antonius Maria Card. ROUCO VARELA, *Ponens*

Atilius Card. NICORA

+ Stanislaus ZVOLENSKY

+ Antonius STANKIEWICZ

Por consiguiente, no se da violación de ley *in decernendo*.

Conclusión

6. Examinadas todas cosas *in iure e in facto*, los infrascritos Padres, constituidos en Tribunal y teniendo presente únicamente a Dios, decidieron que debían responder al dubio propuesto y de hecho responden:

NEGATIVAMENTE, es decir, el decreto del Congreso dado el 6 de febrero de 2015, en este caso, no debe ser modificado.

Para las costas judiciales reténgase la caución depositada en las arcas de este Supremo Tribunal. El Rvdo. Recurrente pague a su Il.mo Abogado-Procurador los correspondientes honorarios. Asimismo la Congregación para el Clero, a su Il.ma Abogada-Procuradora y el Excmo. Obispo N a su Abogado-Procurador y a su Il.ma Abogada.

Disponemos que este decreto definitivo se comunique a todos los interesados y sea ejecutado a todos los efectos del derecho.

Dado en Roma, desde la sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica. Día 15 de enero de 2016.

(Firmas)

Dominique Card. MAMBERTI, *Praefecto*

Antonio María Card. ROUCO VARELA, *Ponente*

Atilio Card NICORA

+ Stanislaus ZVOLENSKY

+ Antoni STANKIEWICZ

Et notificetur.

Y notifíquese.

Die 25 februarii 2016

25 de febrero de 2016

Franciscus DANEELS, o.praem.
Secretarius

Frans DANEELS, o.praem.
Secretario

Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁ-
ÑEZ, M.G.
Praepositus Cancellariae

José Fernando MEJÍA YÁÑEZ, M.G.
Moderador de la Cancillería